omnibus infrascriptis terris et rebus territoriis [.....] et sediminibus iacentibus in loco et territorio de Socho. Videlicet prima petia est campus, et iacet ubi dicitur ad Pium, que est pertice tres et tabulle tres, cui coheret a mane et a meridie suprascripti monasterii, et a sero similiter et in parte illorum de Fino et a monte illorum ^(a). Secunda petia [.....] et iacet ubi dicitur in Barono, et est pertice quinque et tabulle decem, cui coheret a monte in parte illorum de Fino et ab aliis partibus predicti monasterii. § Tertia pecia iacet in eodem Barono, et est campus, et est pertica una et tabulle [.....] et pedes tres, cui coheret a mane via et ab aliis partibus predicti monasterii. § Quarta pecia iacet ubi dicitur in Miliario, que est campus, et est pertice tres et tabulle sex: a mane et a monte via, a meridie et a sero predicti monasterii. | § Quinta pecia est campus, et iacet ubi dicitur ad Novellum sive ad Carpanum, et est pertice novem et tabulle decem et pedes tres, cui coheret a monte eccl(es)ie de Socho et ab aliis partibus predicti monasterii. § Sexta pecia [est campus, et] | iacet ubi dicitur in Amizone, que <est> pertice quatuor et medium ^(b) et pedes novem, cui coheret a sero et a monte via et ab aliis partibus predicti monasterii. § Septima pecia est campus et iacet ubi dicitur in Novate, que est pertice [...] et tabulle viginti due, cui coheret a mane strata et a meridie eccl(es)ie de Socho, a sero et a monte suprascripti monasterii. § Octava pecia iacet ubi dicitur ad Mondellum, et est vinea, que est pertice quatuor et tabulle tres et media, cui coheret | a mane et a monte via, a sero dicti monasterii, a meridie illorum de Lucino. § Nona pecia iacet ubi dicitur in Archimolle, et est campus, que est pertica una et tabulle viginti et pedes octo, cui coheret a mane eccl(es)ie de Socho, a meridie illorum | de Lucino et ab aliis partibus dicti monasterii. § Decima pecia est campus, et iacet similiter in Archimolle, que est pertice tres et pedes quinque, unzie quatuor, cui coheret a monte Boveti de Cayrollo et a mane Guidonis | Trefolii et ab aliis partibus predicti monasterii. § Undecima pecia est sedimen unum cum hedificiis in quo habitat dictus Guidotus, que est tabulle decem et septem et pedes duo, cui coheret a mane et a meridie | via, a sero et a monte dicti monasterii, que iacet apud Giocharium. Soma suprascriptarum terrarum est pertice quadraginta una et tabull(e) decemocto et pedes octo. Hec sunt silve, prata et guasta suprascripti massaricii computato | sedimine. § Prima pecia est guastum suprascripti massaricii, et iacet ubi dicitur ad Quartam, que est tabulle viginti due et media, cui coheret a sero via, a monte eccl(es)ie de Socho et ab aliis partibus predicti monasterii. § Secunda petia | iacet ubi dicitur ad Montem Sancti Abondii, et est guastum, et est pertice quatuor et tabulle decem et novem, cui coheret a mane heredum condam Cayrolli et ab aliis partibus predicti monasterii; de qua pecia tenent Algisius et Bonacius fratres | medietatem et aliam medietatem tenet dictus Guidotus a predicto monasterio. § Tercia pecia est guastum, et iacet ubi dicitur ad Ronchum, que est tabulle triginta una et media, cui coheret a mane et a sero heredum condam Cayrolli, | a meridie et a monte predicti monasterii; de qua tenent dicti fratres medietatem, et suprascriptus Guidotus aliam medietatem a predicto monasterio. § Quarta pecia est guastum, et iacet similiter ad Ronchum, que est pertice sex et tabulle

novem et media, | cui coheret a mane illorum de Cayrollo, a meridie Morencii de Pesina, a sero monasterii de Vertemate, a monte predicti Monasterii Femenillis; de qua tenent suprascriptus Guidotus medietatem, et aliam medietatem tenent dicti fratres ab ipso monasterio. | § Quinta pecia iacet ubi dicitur similiter ad Ronchum, et est guastum, q(uo)d est pertice due, cui coheret a mane suprascripti Monasterii Femenilis, a meridie illorum de Cadorago, a sero monasterii de Vertemate et a monte illorum de Lucino. § Sexta pecia | iacet ubi dicitur ad Ronchum similiter, que est pertice tres et tabulle octo, cui coheret a mane et a meridie rialle et illorum de Lucino, a sero monasterii de Vertemate et a monte predicti Monasterii Femenilis; de qua tenent dictus | Guidotus medietatem, et dicti fratres aliam medietatem a predicto monasterio. § Septima pecia est buschus, et iacet ubi dicitur in Valle de Mondello, que est tabulle triginta tres, cui coheret a mane rialle et ab aliis | partibus predicti monasterii. § Octava pecia iacet ubi dicitur in Costa vallis de Mondello, et est buschus, cui coheret a mane et a meridie predicti monasterii, a monte rialle, a sero suprascriptorum de Lucino, et est tabulle triginta quinque ; | de qua tenet dictus Guidotus medietatem, et aliam medietatem suprascripti fratres a predicto monasterio. § Nona pecia est pratum et guastum, et iacet ubi dicitur ad Piodum, que est pertice quatuor et media, de qua est | guastum tabulle decem septem, cui coheret a mane, a meridie et a sero predicti monasterii et in parte illorum de Fino et a monte Iacobi de Cayrollo. § Decima pecia iacet ad Vallem de Mondello, que est tabulle quatuor | et pedes quinque, et coheret ab omnibus partibus predicti monasterii. § Undecima pecia iacet ubi dicitur ad Pratum de Bullio, et est pratum, que est tabulle triginta tres, cui coheret a mane et a sero et a monte predicti | monasterii. § Duodecima pecia iacet ubi dicitur ad Mondellum, et est pratum, q(uo)d est pertice due et tabulle quinque et media, cui coheret a mane predicti monasterii et in parte illorum de Lucino, a meridie suprascriptorum ^(c) cataniorum, a sero et a monte | predicti monasterii. § Terciadecima pecia est ibi prope, et est pratum et guastum, que est pertice due et media, cui coheret a mane suprascriptorum de Lucino et ab aliis partibus predicti monasterii. § Quartadecima pecia iacet ubi dicitur ad | Pertussum, et est tabulle trigintadue et media, cui coheret a mane et a meridie suprascriptorum de Lucino, a sero et a monte dicti monasterii, et est guastum. § Quintadecima pecia est pratum et buschum, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, que est tabulle | viginti due et media: coheret undique dicti monasterii. § Sextadecima pecia est guastum, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, et est tabulle undecim et media, cui coheret undique predicti monasterii. § Decimaseptima pecia | iacet ubi dicitur ad Ronchum de Cayrolla, et est guastum, que est pertice due et tabulle sex, cui coheret ab omnibus partibus predicti monasterii. § Decima octava pecia est guastum, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, que | est tabulle undecim et media, cui coheret ab omnibus partibus predicti monasterii. § Decima nona pecia iacet ^(d) ubi dicitur ad Ronchum, et est guastus ^(e), que est tabulle octo et pedes novem, cui coheret undique predicti monasterii. | § Vigesima pecia est guastus, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, que est tabulle sexaginta quatuor, cui coheret undi-

que dicti monasterii; de qua pecia tenet dictus Guidotus terciam partem, et alias duas partes | tenent suprascripti fratres a dicto monasterio. § Vigesima prima pecia est guastum, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, cui coheret undique predicti monasterii, et est tabulle sex. § Vigesima secunda pecia est pratum, et iacet ubi dicitur ad Rium, que est tabulle trigintadue et media, cui coheret undique predicti monasterii. § Vigesima tertia pecia est pratum, et iacet ubi dicitur in Frascayrolla, et est guastum, que est pertice tres et tabulle septem et media, | cui coheret undique predicti monasterii. § Vigesima quarta pecia est guastum, q(uod) est tabule quadraginta quinque, et iacet ubi dicitur in Vineate, cui coheret a mane et a meridie heredum quondam Cayrolli, a monte dicti | monasterii et a sero strata. Soma suprascriptarum terrarum et guastorum est pertice triginta novem. Hinc ad sanctum Martinum proximum, et de inde in antea usque ad ^(f) annum unum proximum futurum; ita quod predictus Guidotus habeat | et teneat predictas terras et res territorias, casas et sedimina et res alias ei hodie locatas per predictam dominam abatisam hinc ad predictum terminum et ultra dum placuerit ipsi domine abatisse, et de eis faciat | quicquid facere licet de rebus locatis et datis ad massaricum, meliorando, infegando et non peyorando predictas terras et res territorias, cassas et sedimina sine [contra]dicione ipsius domine abatisse et eiusdem | monasterii vel alterius persone. Insuper promisit ipsa domina abatisa eidem Guidoto, oblig(ando) omnia bona et res dicti monasterii, defendere et guarentare predictas res omnes superius ei locatas usque ad | predictum terminum et de inde antea donec tenuerint ipsas terras et res et sedimina ab omni homine, persona et universitate cum omni dampno et dispendio dicti monasterii et sine dampno et dispendio suprascripti | Guidoti. Pro qua vero investicione et pro ficto quarum terrarum et rerum territoriarum et sediminis promisit ipse Guidotus, oblig(ando) omnia sua bona pig(nori) presencia et futura, dare et solvere et consignare omni anno in dicto | monasterio in kallendis augusti vel ante ster(a) sex et quartarios tres sicallis, et ad sanctum Martinum ster(a) septem et quartarium unum panici et solidos quinque novorum et caponos duos, et totam predictam blavam | bonam, sicham et mondam, cum omnibus suis dampnis et exspensis et sine dampno et dispendio supradicti monasterii in penna tocius dampni et interesse; et insuper quod restituet ipsi domine abatisse | ad partem dicti monasterii possessionem et tenutam dictarum terrarum et rerum territoriarum, casarum et aliarum rerum ei hodie investitarum quandocumque dimiteret seu recusaret laborare et tenere dictas terras suprascriptas | et res territorias, casas et sedimina. Et hoc promisit cum suo dampno et dispendio et interesse quod fiet et curet et sustinebitur pro predictis omnibus et singulis attendendis et observandis et exigendis ^(g) quolibet termino preterito. | Quia sic inter eos convenit. Actum Cumis, in predicto monasterio. Unde plures carte unius tenoris rogate sunt fieri.

Interfuerunt ibi testes rogati ser Guilielmus filius condam ser Mendrixii de Fontana de Mendrixio et Iacobus filius condam Petri Cayroli de Socho et Grigorijs filius

condam Boni de Bono de Socho, | et pro not(ar)iis Fomaxius filius condam Castenee
(^h)de Surico de Cumis et Mayfredus filius condam Aduxii de Fino.

(ST) Ego suprascriptus Mayfredolus notarius Cum(anus) interfui et subscripsi. (ST)
Ego suprascriptus Fomaxollus notarius C(umanus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Gilbertus de Turno notarius Cum(anus) filius condam alterius Gilberti de
Turno hanc car(tam) tradidi et ad scribendum dedi et subscripsi.

(ST) Ego Conradolus de Brena notarius Cum(anus) filius ser Bertrami de Brena de
Cumis hanc cartam rogatu suprascripti Gilberti de Turno notarii C(umani) scripsi.

(a) et a (mon)t(e) illorum *nell'interlineo*.

(b) *Così A.*

(c) *Seguono due lettere depennate.*

(d) *Segue iac depennato.*

(e) *Così A, anche in seguito.*

(f) *Segue s(an)ct(u)m depennato.*

(g) *ex(i)g(en)d(is) nell'interlineo.*

(h) *Segue Calig(ar)ii depennato.*

Carta investiture

1276 maggio 31, Como, in monasterio < Sancte Marie >

La badessa Trifina Avvocati investe nomine locacionis et
massaricii Marchisio del fu Arnaldo de Carobiolo di Socco di alcuni
terreni e case siti nel territorio di Socco, per un canone di cereali, fave e un cappone da
versarsi in parte alle calende di agosto, in parte nel giorno di s. Martino; ciò per un pe-
riodo di nove anni, termine prorogabile a volontà delle parti.

Originale [A]. Regesto del secolo XVIII in *Inventario*, cc. 3rv.

Pergamena di mm. 432|372 x 587|558 sagomata nella parte inferiore, in buono stato di conservazione.
Piccoli fori originari cuciti prima dell'utilizzo. Due piegature nel senso della larghezza. Rigatura e margina-
tura.

Sul verso «Socho» di mano forse del secolo XIV. Altre annotazioni archivistiche moderne.

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem millesimo ducentesimo septua-
geximo sexto, die dominico ultimo exeunte madio, indictione quarta. Domina Triffina
filia condam | domini Guillielmi Advocati de Cumis, abatissa monasterii Sancte Marie
Femenilis de Cumis, nomine ipsius monasterii et capituli investivit nomine locacionis
et massaricii Marchixium | filium condam Arnoldi de Carobiolo de Socho, nominative
de omnibus infrascriptis terris et casis et rebus territoriis iacentibus in loco et territo-
rio de Socho. § Prima pecia est vinea, et iacet ubi dicitur in Saxo, | que est pertica una
et pedes octo, cui coheret undique predicti monasterii et in parte Zunieti de Fino. §
Secunda pecia est campus cum vitibus, et iacet ubi dicitur in Carobiollo, que est perti-
ce novem, cui | coheret a sero via ^(a), ab aliis partibus predicti monasterii. § Tercia pe-
cia est campus, et iacet ubi dicitur ad Planam, que est pertice quinque et tabulle decem

octo, cui coheret a mane heredum condam Girardi | de Tuyrate, ab aliis partibus dicti monasterii. § Quarta pecia est campus, et iacet ubi dicitur ad Eccl(es)iam, que est pertice decem et tabulle tredecim, cui coheret a monte dicti monasterii, | ab aliis partibus via. § Quinta pecia est vinea, et iacet ubi dicitur in Arcimolla, que est pertica una et tabulle sedecim, cui coheret a mane eccl(es)ie de Socho, ab aliis partibus predicti | monasterii. § Sexta pecia est sedimen unum cum curte et era, iacet ^(b) in loco de Socho prope plateam dicti loci, videlicet de medietate ipsius sediminis de quo tenent ^(c) ipse | Marchixius medietatem et aliam medietatem tenet Iacobus qui dicitur Platus nepos eius, cui coheret a mane Iunii de Fino, a meridie et a sero via, a monte dicti monasterii. § Soma | suprascriptarum terrarum laboratarum est pertice viginti novem et tab(ulle) quinque. § Hec sunt prata, silve, buschi et pascua suprascripti masaricii. § Videlicet prima pecia est guastum, et iacet ubi dicitur | ad Montem Sancti Abondii, que est pertice quinque et tabulle quatuordecim, cui coheret a mane et a meridie dicti monasterii, a sero illorum de Fino; de qua tenet dictus Marchixius duas | partes, et terciam partem tenet suprascriptus Platus ab ipso monasterio. § Secunda pecia iacet ibi prope ad Montem Sancti ^(d) Abondii, que est pertice sex et tabulle quindecim, cui coheret a mane | et [a sero mona]sterii de Vertemate, a meridie riale, a monte illorum de Fino, et est guastum; de qua tenet dictus Marchixius duas partes, et aliam terciam partem tenet suprascriptus Platus a predicto | monasterio. § Tercia pecia est buschus, et iacet ubi Navem ^(e), et est tabulle triginta una, cui coheret a mane via, ab aliis partibus dicti monasterii; de qua tenet dictus Marchixius | duas partes, et aliam terciam partem tenet dictus Platus a dicto monasterio. § Quarta pecia iacet ubi dicitur ad Pradellam ^(f) Comunem, et est tabulle decem et novem, cui | coheret undique predicti monasterii; de qua tenet dictus Marchixius duas partes, et aliam terciam partem ipse Piatu ^(g) tenet ab ipso monasterio; et est buschus. § Quinta | pecia iacet ubi dicitur ad Pradellam, que est tabulle quadraginta septem, cui coheret a mane heredum ^(h) condam Girardi de Tuyrate et ab aliis partibus predicti monasterii; | de qua tenet dictus Marchixius duas partes ⁽ⁱ⁾, et ipse Piatu aliam terciam partem ab ipso monasterio; et est buschus. § Sexta pecia iacet ubi dicitur in Montexello, que est pertice | tres et tabulle decem et novem, et est buschus, cui coheret a mane, a sero et a monte predicti monasterii, a meridie eccl(es)ie de Socho; de qua tenet dictus Marchixius duas partes, | et aliam terciam partem ipsi ^(k) Piatu ab ipso monasterio. § Septima pecia iacet ubi dicitur ad Pratum ^(l) de Eccl(es)ia, et est guastu ^(m), quod est pertice due et tabulle duodecim, cui coheret a mane co(mun)is de | Burgaro, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua tenet dictus Marchixius duas partes, et ipse Platus terciam partem ab ipso monasterio. § Octava pecia iacet ubi dicitur ad | Eccl(es)iam, et est buschus, que est pertice due et tabulle septem, cui coheret a mane co(mun)is de Burgaro, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua tenet dictus Marchixius duas partes, | et aliam terciam partem tenet ipse Piatu a predicto monasterio. § Nona pecia iacet ubi dicitur in Frascayrolla, que est pertice

due et tabulle decem et septem, et est buschus, | cui coheret undique predicti monasterii; de qua tenet suprascriptus Marchixius duas partes, et terciam partem ipse Piatius ab ipso monasterio. Hinc ad annos novem proximos | futuros et deinde antea dum placuerit ambabus partibus; ita quod predictus Marchixius habeat et teneat predictas terras et res territorias, casas et sedimina et res alias eis hodie locatas | per predictam dominam abatissam hinc ad predictum terminum et ultra dum placuerit ipsi domine abatisse, et de eis faciat quicquid facere licet masariis ⁽ⁿ⁾ de rebus datis et locatis ad | massarium, meliorando, infegando et non peiorando predictas terras et res territorias, casas et sedimina, sine contradicione suprascripti monasterii et capituli eiusdem. Et insuper promisit | dicta domina abatissa eidem Marchixio, oblig(ando) omnia bona et res dicti monasterii, defendere et guarentare predictas terras et res omnes superius ei hodie locatas usque ad predictum | terminum ^(o) omni t(em)p(or)e, et deinde dum tenuerit ipsas terras et res et sedimen, ab omni homine et persona, collegio et universitate, cum dampno et dispendio dicti monasterii et sine | dampno et dispendio suprascripti Marchixii. Pro qua vero investicione et pro ficto quarum terrarum et rerum territoriarum et sediminum promisit dictus Marchixius, oblig(ando) omnia sua bona pig(nori) presentia et | futura ipsi domine abatisse ad partem dicti monasterii, dare, solvere et consignare in dicto monasterio omni anno in kallendis augusti ster(a) quinque et quar(tarium) unum et cazam unam sicallis | et quar(tarios) tres frumenti et quar(tarium) unum et medium fabarum, et in sancto Martino vel ante ster(a) tria et quar(tarium) unum panici et quar(tarios) tres ^(p) millii et caponem unum; et | predictam totam blavam bonam et sicham ad mensuram Cumanam; et hoc cum omnibus suis dampnis et expensis et sine dampno et dispendio dicti monasterii in penna totius dampni et | interesse; et quod restituent ipsi domine abatisse ^(q) ad partem dicti monasterii possessionem et tenutam suprascriptarum terrarum et rerum territoriarum, casarum et sediminum et aliarum omnium rerum | superius ei locatarum quandocumque dimitterit seu recusaret tenere et laborare dictas res omnes, et cum omni ^(r) suo dampno et dispendio et interesse quod fiet et curet et sustinebitur | pro predictis omnibus attendendis, exigendis et ^(s) observandis quolibet termino preterito. | Quia sic inter eos convenit. Actum Cumis, in predicto monasterio. Unde plures carte unius tenoris fieri rog(ate) sunt.

Interfuerunt ibi testes [ro]gati ser Guillielmus filius condam ser Mendrixii de Fontana de Mendrixio et Iacobus filius condam Petri Cayroli de Socho et Grigorius filius condam | Boni de Bono de Socho, et pro notariis Fomaxius filius condam Castenee de Surico qui stabat in Porta Monasterio et Mayfredus filius condam Aduxii de Fino de Cumis.

(ST) Ego suprascriptus Mayfredolus notarius Cum(anus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego suprascriptus Fomaxollus notarius C(umanus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Gilbertus de Turno notarius Cum(anus) filius condam alterius Gilberti de Turno hanc car(tam) tradidi et ad scribendum dedi et subscripsi.

(ST) Ego Conradolus de Brena notarius Cum(anus) filius ser Bertrami de Brena de Cumis hanc car(tam) rogatu suprascripti Gilberti de Turno notarii C(umani) scripsi.

- (a) via nell'interlineo. (b) Su iacet segno abbreviativo superfluo. (c) Così A. (d) Segue Amb depennato.
(e) Così A. Probabilmente da integrarsi ubi dicitur ad Navem. (f) a corretta da u. (g) Così A, anche in seguito alternato con Platus. (h) Segue Girardi depennato. (i) partes nell'interlineo. (k) Così A.
(l) ad Pratum nell'interlineo. (m) Così A. (n) In A masarius. (o) segue et de inde depennato.
(p) Segue pan depennato. (q) Segue possessionem depennato. (r) Segue dampno depennato.
(s) Segue oser depennato.

Car(ta) investiture

1276 maggio 31, Como, in monasterio < Sancte Marie >

La badessa Trifina Avvocati investe nomine locacionis seu massaritii i fratelli Giacomo e Giovanni del fu Guglielmo de Carobiolo di Socco di una serie di appezzamenti siti in Socco per un canone in cereali, fave e un cappone, da corrispondersi in parte alle calende di agosto, in parte entro il giorno di s. Martino; e ciò per la durata di nove anni, termine prorogabile a volontà delle parti.

Originale [A]. Regesto del secolo XVIII in *Inventario*, c. 5v.

Pergamena di mm. 521|370 x 570|575 in stato di conservazione discreto nonostante qualche macchia diffusa; tagli cuciti prima dell'utilizzo. Tracce di numerose piegature, tra antiche e più recenti, nel senso della larghezza. Rigatura e marginatura.

Sul verso, visibile solo alla luce di Wood «de Piato», forse di mano del XIV secolo. Altre annotazioni archivistiche moderne.

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem milleximo ducentesimo septuageximo sexto, die dominico ultimo mensis madii, indictione quarta. Domina Triffina filia condam domini Guilielmi Advocati de Cumis, abatissa | monasterii Sancte Marie Femenilis de Cumis, nomine ipsius monasterii et capituli investivit nomine locacionis seu massaritii Iacobum qui dicitur Piatu et Ioh(ann)em fratres filios condam Guilielmi de Carobiolo de Socho, nominative | de omnibus infrascriptis terris et rebus territoriis, casis et sediminibus et rebus aliis ^(a) iacentibus in loco et territorio de Socho. Videlicet prima pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Carpano sive ad Novellam, que est tabulle triginta | novem, cui coheret a mane via, ab aliis partibus predicti monasterii. § Secunda pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Carobiolo, que est pertice quatuor et media, cui coheret a mane et a monte dicti monasterii, a meridie et a sero | via. § Tercia pecia est campus, et iacet ubi dicitur ad Planam, que est pertice tres et tabulle septem, cui coheret a meridie via, ab aliis partibus predicti monasterii. § Quarta pecia est

campus et ^(b) iacet ubi dicitur ad Eccl(es)iam ^(c), que | est pertice sex et tabulle decem, cui coheret a mane via, ab aliis partibus dicti monasterii. § Quinta pecia iacet ubi dicitur in Arcimolle, que est tabulle tredecim et pedes quatuor, cui coheret undique predicti monasterii. | § Sexta pecia iacet ubi dicitur ad Novellam, que est pertice tres et pedes quinque, et est campus, cui coheret a mane et a meridie dicti monasterii et in parte heredum condam Girardi de Tuirate, et a monte via. § Septima pecia est campus, et iacet ubi dicitur ^(d) | in Carpano sive in Novella ^(e), que est pertice tres et tabulle decemocto, cui coheret a monte via, ab aliis partibus predicti monasterii. § Octava pecia est vinea et campus, et iacet ubi dicitur ad Planam, que est pertice quinque | et tabulle decemocto, cui coheret a mane heredeum condam Girardi de Tuirate, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua pecia tenet medietatem suprascriptus Piatu, et aliam medietatem tenet ipse Marchexolus a predicto monasterio. | § Nona pecia iacet ubi dicitur in Saxo, et est vinea, que est ^(f) tabulle decemnovem, cui coheret a meridie via, a mane Iunii de Fino, a sero via et a monte predicti monasterii; de qua pecia tenet dictus Piatu terciam partem, | alias duas partes tenet predictus Marchixius de Carobiollo a predicto monasterio. § Decima pecia est sedimen unum cum curte et area et eius hedi-
ficiis iacente(m) in ipso loco prope plateam co(mun)is, et est tabulle triginta, | cui coheret a mane Zunii de Fino, a meridie via, a sero via, ab aliis partibus dicti monasterii. § Soma suprascriptarum terrarum laboratarum est pertice viginti octo. § Hec sunt prata, silve, buschi et guasta dicti massaricii. | § Videlicet prima pecia est buschus, et iacet ubi dicitur ad Pradellam, que est tabulle quindecim, cui coheret a monte via, ab aliis partibus dicti monasterii. § Secunda pecia iacet ubi dicitur in Montexello, et est buschus, que est tabulle decemocto, cui coheret a mane heredum condam Girardi de Tuirate, a sero eccl(es)ie de Socho, ab aliis partibus predicti monasterii. § Tercia pecia iacet ubi dicitur ad Eccl(es)iam, et est buschus, et est pertice quatuor, | cui coheret a mane et a meridie co(mun)is de Burgaro, ab aliis partibus predicti monasterii. § Quarta pecia iacet ubi dicitur ad Eccl(es)iam, et est guastus, cui coheret a mane co(mun)is de Burgaro, ab aliis partibus predicti monasterii; | de qua tenet dictus Platus terciam partem, et Zunius aliam terciam, et aliam terciam ipse Marchesolus ab ipso monasterio ^(g). § Quinta pecia est guastus, et iacet ubi dicitur in Monte(m) Sancti Abondii, que est pertice quinque et tabulle | quatuordecim, cui coheret a sero illorum de Fino, ab aliis partibus dicti monasterii; de qua tenet suprascriptus Piatu terciam partem, et ipse Marchixius duas partes a predicto monasterio. § Sexta pecia est guastus, | et iacet ubi dicitur ad Montem Sancti Abondii, que est pertice sex et tabulle quindecim, cui coheret a mane dicti monasterii, a meridie riale, a sero monasterii de Vertemate et a monte illorum de Fino, de qua tenet suprascriptus | Piatu terciam partem, et ipse Marchixius alias duas partes. § Septima pecia est guastus, et iacet ubi dicitur ad Navem, que est tabulle triginta una, cui coheret a mane via, a sero et a monte dicti monasterii; | de qua tenet suprascriptus Piatu terciam partem, et alias duas partes tenet ipse Marchixius a predicto monasterio. § Octava pecia est pratum, et iacet ubi dicitur ad Pradellam Co-

munem, que est tab(ulle) decem et novem, cui coheret | undique predicti monasterii; de qua pecia tenet suprascriptus Piatuſ terciam partem, et alias duas partes tenet ipſe Marchixiuſ a predicto monaſterio. § Nona pecia iacet ubi dicitur ad Pradellam Comu- nem ibidem, et eſt buſchuſ | et pratum, que eſt tab(ulle) quadraginta ſeptem, cui cohe- ret a mane et a meridie Vite de Vitaniſ, ab aliis partibuſ predicti monaſterii; de qua te- net dictuſ Piatuſ terciam partem, et alias duas partes ipſe Marchixiuſ | ab ipſo mona- ſterio. § Decima pecia iacet ubi dicitur ad Montexelum et eſt buſchuſ, que eſt pertice tres et tabulle decemocto, cui coheret a mane, a ſero et a monte predicti monaſterii, a meridie Pyati de Carobiollo et in parte | eccl(es)ie de Socho; de qua tenet ſupraſcriptuſ Piatuſ terciam partem, et ipſe Marchixiuſ duas partes ab ipſo monaſterio. § Undecima pecia iacet ubi dicitur ad Pratum de Eccl(es)ia, q(uo)d eſt pratum, et eſt pertice qua- tuor et | tabulle duodecim, cui coheret a meridie co(mun)is de Burgaro, ab aliis parti- buſ predicti monaſterii; de qua tenet dictuſ Pyatuſ terciam partem, et alias duas partes ipſe Marchixiuſ a predicto monaſterio. § Duodecima | pecia iacet ubi dicitur ad Eccl(es)iam, que eſt pertice due et tabulle ſeptem, et eſt guaſtum, cui coheret a meri- die co(mun)is de Burgaro, ab aliis partibuſ predicti monaſterii; de qua tenet ſupraſcrip- tuſ Platuſ terciam partem, et alias | duas partes tenet ipſe Marchixiuſ a predicto mona- ſterio. § Terciadecima pecia iacet ubi dicitur in Frascaſyrolla, et eſt guaſtum, q(uo)d eſt pertice due et tab(ulle) decem et ſeptem, cui coheret ab omnibuſ partibuſ dicti mona- ſterii; | de qua tenet ſupraſcriptuſ Platuſ terciam partem, et alias duas partes tenet ipſe Marchixiuſ ab ipſo monaſterio. Soma ſupraſcriptorum quaſtorum et ſilvarum et pratorum ^(h) et buſchorum eſt pertice quatuordecim. Hinc ad annos novem proximos futuros et de inde antea dum placuerit utrique; ita quod predicti Iacobuſ et Ioh(ann)es fratres habeant et teneant predictas terras et reſ ⁽ⁱ⁾ territorias, caſas et ſedimina et reſ alias eiſ hodie locatas per predictam | dominam abatiffam hinc ad predictum terminum et ultra dum placuerit utriſque partibuſ, et de eiſ faciant quicquid facere licet maſariis de re- buſ datis et locatis ad maſaricium, meliorando, infegando et | non peiorando predictas terras et reſ territorias, caſas et ſedimina ſine contradictione ſupraſcripti monaſterii et capituli eiuſdem. Et inſuper promiſit dicta domina abatiſſa eiſdem fratribuſ, oblig(an- do) omnia bona et reſ | dicti monaſterii, defendere et guarentare predictas reſ omneſ ſuperiuſ eiſ locatas omni t(em)p(or)e) donec tenuerint ipſas terras et ſedimen ab omni homine et perſona, collegio et univerſitate cum omni dampno et | diſpendio ipſiuſ monaſterii et ſine dampno et diſpendio ſupraſcriptorum fratrum. Pro qua vero inveſticio- ne et pro ficto quarum terrarum et rerum territoriarum et ſediminum promiſerunt pre- dicti Iacobuſ et Ioh(ann)es fratres, oblig(ando) omnia ſua bona pig(nori) preſentia et futura, ita ut quilibet eorum in toto teneatur et ut liceat ipſi domine abatiſſe nomine dicti monaſterii quem eorum priuſ in ſolidum voluerit convenire, renonciando auxilio | nove conſtitucionis et epiſtule divi Adriani et omni alteri iuri et auxilio legum quo ſe tueri poſent ab hac oblig(acione), dare, ſolvere et conſignare in predicto monaſterio omni anno in kallendis auguſti vel ante | ſter(a) quatuor et quar(tarium) unum et caſas

tres sicallis et medium quar(tarium) frumenti et quar(tarium) unum et medium fabarum, et in sancto Martino vel ante ster(a) tria et quar(tarios) duos panici et quar(tarios) tres | millii et caponem unum; et totam predictam blavam bonam et sicham, datam et consignatam ad mensuram Cumanam, et hoc cum omnibus suis dampnis et expensis et sine dampno et dispendio dicti monasterii | in pena tocius dampni et interesse; et insuper q(uo)d restituent ipsi domine abatisse ad partem dicti monasterii possessionem et tenutam dictarum terrarum et rerum territoriarum, casarum et sediminum et aliarum rerum suprascriptarum | quancumque dimitterent seu recusarent tenere et laborare dictas terras et res omnes. Et hoc promiserunt cum omnibus suis dampnis et expensis et interesse que fient, curent et sustinebuntur pro predictis omnibus | et singulis attendendis, observandis et exigendis quolibet termino preterito.

Quia sic inter eos convenit. Actum Cumis, in predicto monasterio. Unde plures car(te) fieri rogaverunt istius tenoris.

Interfuerunt ibi testes rogati ser Guilielmus filius condam ser Mendrixii de Fontana de Mendrixio et Iacomacius filius condam Petri Cayrolli de Socho et Grigoriu filius condam Boni de Bono de Socho, | et pro not(ariis) Fomaxiu filius condam Castenee de Surico et Mayfredus filius condam Aduxii de Fino, de Cumis omnes.

(ST) Ego suprascriptus Mayfredus notarius C(umanus) interfui et subscripsi. (ST) Ego suprascriptus Fomaxollus notarius C(umanus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Gilbertus de Turno notarius Cum(anus) filius condam alterius Gilberti de Turno hanc car(tam) tradidi et ad scribendum dedi et subscripsi.

(ST) Ego Conradolus de Brena notarius Cum(anus) filius ser Bertrami de Brena de Cumis | hanc car(tam) rogatu suprascripti Gilberti de Turno notarii C(umani) scripsi.

- | | | |
|---|---|---------------------------------------|
| (a) <i>Segue territoriis depennato.</i> | (b) et est campus <i>nell'interlineo.</i> | (c) <i>eccl(es)iam su rasura.</i> |
| (d) <i>Segue in P depennato.</i> | (e) <i>In A in Novellam.</i> | (f) <i>Segue p(er)tice depennato.</i> |
| <i>l'interlineo.</i> | (h) <i>pratarum in A.</i> | (g) <i>ab ipso monasterio nel-</i> |
| | | <i>(i) Segue om(ne)s depennato.</i> |

Car(ta) investiture

1276 maggio 31, Como, in monasterio < Sancte Marie >

La badessa Trifina Avvocati investe nomine locacionis et masaricij i fratelli Adameto e Boroto del fu Boveto de Cayrolo di Socco di una serie di appezzamenti in Socco per un canone in cereali, fave e denaro da corrispondersi in parte alle calende di agosto in parte a s. Martino, e per un periodo di nove anni, con la possibilità di prorogare il termine a volontà delle parti.

Originale [A]. Regesto del secolo XVIII in *Inventario*, cc. 4v|5r.

Pergamena di mm. 490|270 x 755|750 fortemente sagomata nella parte inferiore, con qualche roscatura

lungo il margine sinistro e macchie diffuse. Tracce di numerose piegature nel senso della larghezza. Rigatura e marginatura.

Sul verso di mano forse del secolo XIV: «Socho». Annotazioni archivistiche di mano moderna.

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem millesimo ducentesimo septuageximo sexto, die dominico ultimo exeunte madio, indictione quarta. Domina Trefina abbatissa monasterii Sancte Marie Feminilis de Cumis, filia quondam | domini Guilielmi Advocati de Cumis, nomine dicti monasterii et capituli Sancte Marie Femenilis investivit nomine locacionis et masaricii Adametum et Borotum fratres filios quondam Boveti de Cayrolo de Socho, nominative de omnibus | infrascriptis terris et rebus territorii, casis et sediminibus iacentibus in loco et territorio de Socho. Videlicet prima pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Cerayrollo, et est tabulle triginta septem, cui coheret a mane et a meridie strata, et a sero et a monte predicti monasterii. § Secunda pecia | est campus, et iacet ubi dicitur in Barono, et est tabulle viginti due et media, cui coheret undique predicti monasterii. § Tercia pecia est campus, et iacet similiter in Barono, et est pertice decem et tabulle undecim, cui coheret a mane buschus dicti monasterii et ab aliis partibus | predicti monasterii. § Quarta pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Novate, que est tabulle triginta octo, cui coheret a mane et a sero predicti monasterii, a monte via, a meridie eccl(es)ie de Socho. § Quinta pecia est campus, et iacet ubi dicitur ad Mondellum, que est tab(ulle) quadraginta sex, cui | coheret a monte via, ab ^(a) aliis partibus predicti monasterii. § Sexta pecia est campus, et iacet ubi dicitur ad Lavazam, que est pertice tres et tabulla una et media, cui coheret a mane et a monte dicti monasterii, a meridie illorum de Burgaro et a sero illorum de Lucino. § Septima pecia est campus | et vinea, et iacet ubi dicitur in Arigono, que est pertice due et tabulle decem et novem, cui coheret a sero via et ab omnibus aliis partibus predicti monasterii. § Octava pecia iacet ubi dicitur in Melieto, et est vinea, que est ^(b) tabulle viginti, cui coheret undique predicti monasterii. | § Nona pecia est in medio loco de Socho, supra quam est sedimen unum ^(c) in quo habitant ipsi fratres, que est tabulle tredicim et pedes tres, cui coheret a meridie via, ab omnibus aliis partibus dicti monasterii. § Decima pecia iacet ubi dicitur ad Roncatium de Cayrolla, et est campus, | et est pertice quatuor et tabulle undecim, cum p(r)ato uno continenti cum ipsa petia, cui coheret a sero via, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua petia tenent medietatem predicti fratres, et aliam medietatem tenet Caracosa mater quondam Gayraldi; que tota est | predicti monasterii. § Undecima pecia iacet ubi dicitur in Baracoa, et est pertice tres et tabulle octo, et est campus, cui coheret a mane via, ab aliis partibus dicti monasterii; de qua petia tenent predicti fratres medietatem et predicta Caracosa tenet aliam medietatem, et est tota predicti | monasterii. § Duodecima petia iacet ubi dicitur in Saxo, et est pertice quatuor et tabulle sex, et est campus, cui coheret a sero via ^(d) et ab aliis partibus predicti monasterii; de qua petia tenent dicti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet Caracosa suprascripta, et est tota predicti monasterii. | § Ter-

ciadecima pecia iacet ubi dicitur in Carobiolo ^(e), que est pertice due et tabulle due campi, cui coheret a mane dicti monasterii, a meridie rialle, a sero et a monte via; de qua pecia tenent suprascripti fratres medietatem et dicta Caracossa aliam medietatem, et est tota predicti monasterii. | § Quartadecima pecia est vinea et iacet ubi dicitur in Malieto, que est tabulle viginti et pedes duo, cui coheret a sero via et ab aliis partibus predicti monasterii; de qua pecia tenent suprascripti fratres medietatem et aliam medietatem dicta Caracossa, et est tota predicti monasterii. § Quintadecima pecia iacet ubi dicitur in Saxo, que est tabulle due, et est campus, cui coheret undique suprascripti monasterii ^(f); de qua tenent suprascripti fratres medietatem et suprascripta Caracosa aliam medietatem a predicto monasterio, et est tota predicti monasterii. § Sextadecima pecia est sedimen unum | cum hedificiis in quo habitant ipsi fratres, et iacet in medio loco, que est tab(ulle) decem et novem, cui coheret a mane et a monte via, a meridie et a sero predicti monasterii; de quo tenent predicti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet dicta Caracossa, et est tota predicti monasterii. | § Decimaseptima pecia iacet ubi dicitur in Barono, que est pertice tres et tabulle sex, et est campus, cui coheret undique predicti monasterii; de qua pecia tenent dicti fratres medietatem et aliam medietatem dicta Caracossa a dicto monasterio. § Decima octava | pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Baracoa, et est pertice tres et tabulle octo, cui coheret a mane via, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua tenent dicti fratres medietatem et ipsa Caracosa aliam medietatem a predicto monasterio. § Decima nona pecia est | campus et iacet ubi dicitur ^(g) ad Novellam, que est per(t)ice due et tabulle viginti, cui coheret undique predicti monasterii; de qua pecia ^(h) tenent suprascripti fratres medietatem et ipsa Caracosa aliam medietatem, et est tota predicti monasterii. § Vigesima pecia | est campus et iacet ubi dicitur in Saxo, que est pertice quatuor et tabulle quinque et pedes decem, cui coheret a sero via et ab aliis partibus predicti monasterii; de qua pecia tenent predicti fratres ⁽ⁱ⁾ medietatem, et aliam tenet dicta Caracossa a predicto monasterio. § Vigesima | prima pecia iacet ubi dicitur in Carobiollo, que est pertice due et tabulle due, et est campus, de qua tenent predicti fratres medietatem et dicta Caracossa aliam medietatem ab ipso monasterio. § Vigesima secunda pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Malieto, | que est tabulle viginti una, cui coheret a sero et ab aliis partibus predicti monasterii; de qua tenent suprascripti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet dicta domina Caracosa a predicto monasterio. § Vigesima tertia pecia est campus, et iacet ubi dicitur in Saxo, | et est tabulle triginta tres, cui coheret undique predicti monasterii; de qua tenent ipsi fratres medietatem et ipsa Caracosa aliam medietatem ab ipso monasterio. § Vigesima quarta pecia est sedimen unum in quo habitant ipsi fratres, et est tabulle decem et novem | preterita tertia parte illarum tabularum quinquaginta septem et med(ie) de sedimine suprascriptorum fratrum, cui coheret a mane et a monte via, ab aliis partibus dicti monasterii. Soma suprascriptarum terrarum laboratarum cum medietate sediminis est pertice viginti quinque. | Hec sunt prata ^(j) sive buschi et pascua sive bruga suprascripti massaricii. Videlicet prima pecia

iacet ubi dicitur in Rusperga, et est guastum, q(uo)d est tabulle triginta tres et pedes octo, cui coheret a sero via et ab aliis partibus predicti monasterii; de qua laborant suprascripti fratres | medietatem et aliam medietatem dicta Caracossa a predicto monasterio. § Secunda pecia iacet ubi dicitur in Vineate, et est guastum, et est tabulle quadraginta quinque, cui coheret a monte predicti monasterii, ab aliis partibus heredum condam Cayrolli; de qua laborant | suprascripti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet dicta Caracossa a predicto monasterio. § Tercia pecia est guastum, q(uo)d est pertice quatuor et tabulle decem et novem, et dicitur ad Ronchum Sancti Abondii, cui coheret a mane heredum quondam Cayroli et ab aliis | partibus dicti monasterii. § Quarta pecia iacet ubi dicitur ad Lavazam, et est pratum, que est pertice due et tabulle septem, cui coheret a mane et a meridie dicti monasterii, a monte eccl(es)ie de Socho et a sero illorum de Lucino; de qua pecia tenent suprascripti fratres medietatem | et aliam medietatem dicta Caracossa a predicto monasterio. § Quinta pecia est pratum, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, que est tabulle viginti tres, cui coheret undique predicti monasterii. § Sexta pecia iacet ubi dicitur ad Cayrollam, et est pratum, cui | coheret undique predicti monasterii, que est tabulle undecim. § Septima pecia iacet ubi dicitur similiter ad Cayrollam, et est pratum ibidem, que est tabulle triginta, cui coheret undique predicti monasterii. § Octava pecia iacet ubi dicitur ad Pozollum, et est pratum, | cui coheret in parte G(ri)gorii de Bono, ab aliis partibus predicti monasterii, que est pertice due et media; de qua pecia tenent predicti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet Ottobellus de Marchixio a predicto monasterio. § Nona pecia iacet | ubi dicitur ad Cayrollam, et est guastum, q(uo)d est tabulle viginti ^(k) septem, cui coheret ^(l) a monte via et ab aliis ^(m) partibus dicti monasterii; de qua pecia tenent suprascripti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet suprascripta Caracossa ab ipso monasterio. | § Decima pecia iacet ubi dicitur ad Pesinam de Cayrolla, et est guastum, que est tabulle quadraginta due, cui coheret undique predicti monasterii; de qua tenent dicti fratres medietatem et aliam medietatem dicta Caracossa ab ipso monasterio. | § Undecima pecia iacet ubi dicitur ad Piodum, et est guastum, que est pertice quatuor et tabulle decem septem, cui coheret undique dicti monasterii; de qua tenent suprascripti fratres medietatem et aliam medietatem dicta Caracossa a predicto monasterio. § Duodecima pecia est guastum, et iacet ubi dicitur ad Piodum, cui coheret undique dicti monasterii; de qua tenent suprascripti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet ipsa Caracossa a predicto monasterio; que est pertica una et tabulle | due. § Terciadecima pecia est guastum, et iacet ubi dicitur * * * * * , que est tabulle septem, cui coheret undique suprascripti monasterii; de qua pecia tenent dicti fratres medietatem et aliam medietatem ipsa Caracossa a predicto monasterio. | § Quartadecima pecia iacet ubi dicitur ad Navem, et est guastum, et est pertice tres et tab(ulle) tredecim, cui coheret a mane et a monte ⁽ⁿ⁾ dicti monasterii, a meridie via et a sero dicti monasterii; de qua tenent suprascripti fratres medietatem et aliam dicta Caracossa | a predicto monasterio. § Quintadecima pecia est pratum, et iacet ubi dicitur ad Adrium, que est tabulle ^(p) tri-

ginta due, cui coheret undique predicti monasterii; de qua tenent suprascripti fratres medietatem, et aliam medietatem tenet ipsa Caracossa a predicto monasterio. | § Sex-
tadecima pecia est p(r)atum, et iacet similiter ad Adrium, et est tab(ulle) decem octo
et media, cui coheret undique predicti monasterii; de qua pecia tenent suprascripti fra-
tres medietatem et aliam medietatem ipsa Caracossa a predicto monasterio. § Decima-
septima pecia iacet ubi dicitur in Luyrana, | que est pertice trigintaquinque, et est bu-
schus, cui coheret a sero illorum de Fino et de Vertemate, ab aliis partibus predicti mo-
nasterii; de qua pecia tenent suprascripti fratres perticas duas et tabullas quatuorde-
cim, et alii massarii tenent alias partes dicti buschi a predicto | monasterio. § Deci-
maoctava pecia iacet ubi dicitur in Luyrana, et est buschus, que est pertice octuaginta
quinque, cui coheret a mane in parte via et in parte illorum de Vertemate, a monte flu-
men Sevissi, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua pecia tenent | dicta Admira-
da perticas undecim et tab(ullas) octo et alii masarii ^(b) ipsius monasterii alias partes. §
Decimanona pecia iacet ubi dicitur ad Cayrollam, et est pratum, q(uo)d est tabulle se-
decim et pedes duos, cui coheret undique predicti monasterii; de qua pecia tenent su-
prascripti fratres medietatem, | et aliam medietatem ^(a) ipsa Caracossa tenet a predicto
monasterio. § Vigesima pecia est guastum, et iacet ubi dicitur ad Cayrollam, que est
tab(ulle) decem, cui coheret a monte via, ab aliis partibus predicti monasterii; de qua
tenent ipsi fratres medietatem | et aliam medietatem ipsa Caracossa a predicto mona-
sterio. § Vigesima prima iacet ubi dicitur ad Cayrollam, et est buschus, que est pertice
quatuor et tab(ulle) septem; de qua tenent suprascripti fratres medietatem et ipsa Cara-
cossa aliam medietatem ab ipso | monasterio; cui coheret undique predicti monasterii. §
Vigesima secunda pecia est pratum, et iacet ubi dicitur ad Pontexelum, q(uod) est
tab(ulle) * * * * * , q(uo)d pratum tenent dicti fratres a predicto monasterio, cui
coheret ab omnibus partibus dicti monasterii. | Soma suprascriptarum terrarum, gua-
storum et pratorum est pertice decem octo et media. Hinc ad annos novem proximos
futuros et deinde dum placuerit ambabus partibus; ita quod suprascripti Adametus et
Borotus fratres habeant et teneant predictas terras et res territorias, casas | et sedimina
eis hodie locatas per predictam dominam abatissam hinc ad predictum terminum et ul-
tra donec placuerit ipsi domine abatisse, et de eis faciant quicquid facere licet masariis
de rebus datis et locatis, meliorando, infegando et non peiorando predictas | terras et
res territorias sine contradictione dicte domine abatisse et capituli eiusdem monasterii
vel alicuius persone. Et insuper promisit dicta domina abatissa eisdem fratribus,
oblig(ando) omnia bona et res dicti monasterii, defendere et guarentare | suprascriptas
res omnes superius locatas eis omni t(em)p(or)e usque ad predictum terminum et
deinde dum tenuerint ipsas terras et res et sedimina ab omni homine, persona, collegio
et universitate cum omni dampno et dispendio dicti monasterii et sine dampno | supra-
scriptorum fratrum. Pro qua vero investicione et pro ficto quarum terrarum et rerum
territoriarum et sediminum promiserunt suprascripti Adametus et Borotus fratres,
oblig(ando) omnia sua bona pig(nori) presencia et futura, ita ut quilibet eorum in toto

teneatur et ut liceat | abatisse nomine dicti monasterii convenire quem eorum prius voverit in solidum, renonciando auxilio nove constitutionis et epistule divi Adriani et omni alteri iuri et legum auxilio quo se tueri possent ab hac obligacione, | dare et solve- re et consignare in dicto monasterio omni anno in kallendis augusti vel ante ster(a) quinque sicallis et quartarium medium ^(r) fabarum, et in sancto Martino ster(a) quinque et quartarium ^(s) medium panici et quartarium unum millii et denarios duodecim | et caponem unum; et predicta blava bona, sica et monda ad mensuram Cum(anam), et hoc cum omnibus suis dampnis et exspensis et sine dampno et dispendio suprascripti monasterii in penna tocius dampni et interesse. Et insuper quod restituent | ipsi domine abatisse ad partem dicti monasterii possessionem et tenutam suprascriptarum terrarum et rerum territoriarum et sediminum et aliarum rerum supradictarum quandocumque dimitterent seu recusarent tenere et laborare suprascriptas res omnes et terras. Et hoc cum omnibus suis | dampnis et ^(t) exspensis et sine dampno et dispendio dicti monasterii. Et hoc promiserunt cum omni dampno et dispendio et interesse quod fiet et sustinebontur pro predictis omnibus et singulis atendendis et observandis et exigendis | quolibet termino preterito. Actum Cumis, in predicto monasterio. Unde plures car(te) unius tenoris fieri rogaverunt.

Interfuerunt ibi testes rogati ser Guilielmus filius quondam ser Mendrixii de Fontana de Mendrixio et Iacomacius filius quondam Petri Cayroli de Socho et Grigorius filius quondam Boni de | Bono, et pro not(ari)is Fomaxius filius condam Castenee Calig(arii) de Surico et Maynfredus filius condam Aduxii de Fino.

(ST) Ego suprascriptus Mayfredolus notarius Cum(anus) interfui et subscripsi. (ST) Ego suprascriptus Fomaxollus notarius C(umanus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Gilbertus de Turno notarius Cum(anus) filius condam alterius Gilberti de Turno hanc car(tam) tradidi et ad scribendum dedi et subscripsi.

(ST) Ego Conradolus de Brena notarius Cum(anus) filius ser Bertrami de Brena de Cumis hanc car(tam) rogatu suprascripti Gilbertoli | de Turno notarii Cum(ani) subscripsi.

- | | | | |
|--|---|---------------------------------|------------------------------|
| (a) In A ad. | (b) e(st) nell'interlineo. | (c) unu(m) nell'interlineo. | (d) via nell'interlineo. |
| (e) Cayrobiolo con -y- espunta. | (f) s(uprascrip)ti mo(n)ast(er)i(i) nell'interlineo. | (g) Segue in Baracoa depennato. | |
| (h) Seguono due lettere, sembra pe, depennate. | (i) Segue et (tachigrafico) aliam depennato. | (j) Segue sil depennato. | |
| (k) Nell'interlineo in corrispondenza di viginete le lettere be. | (l) Segue undique depennato. | (m) Così, probabilmente | |
| per il consueto aliis. | (n) -o- corretta su er. | (o) ad ripetuto. | (p) masarii nell'interlineo. |
| (q) Segue ill depennato. | (r) medium nell'interlineo in corrispondenza di unu(m) depennato. | (s) In A quatarium(m). | |
| (t) Segue int depennato. | | | |

Carta vendicionis

1278 dicembre 30, <Como>, in monasterio <Feminillis>

Giovanni figlio del fu Pietro de Castello, i suoi fratelli Gairardo e Giaco-

molo, suo figlio Guarnerio, i fratelli Zanazio e Perro figli emancipati di Anselmo de Castello, tutti di Socco, vendono al Monastero Femminile di Como, in persona della badessa Trifina Avvocati, quattro appezzamenti di brugera siti nel territorio di Socco nelle località dette in Luirana, in Frescarolla ed in Bezo per la somma di sei lire e cinque soldi in denari nuovi.

Originale [A]. Regesto del secolo XVIII in *Inventario*, c. 5v, con data errata 1278 dicembre 2.

Pergamena di mm. 490|518 x 346|360 in buono stato di conservazione. Tre piegature nel senso della larghezza, una nel senso della lunghezza. Rigatura e marginatura.

Sul verso «Socho» di mano forse del XIV secolo. Altre annotazioni archivistiche moderne.

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem milleximo ducentesimo septuageximo octavo, die iovis secundo exeunt(e) decembri, indictione sexta. Vendicionem, datum et cessionem et tocius sui et cuiusque eorum | iuris domini et possessionis translationem ad proprium fecerunt Ioh(ann)es filius condam Petri de Castello et Guar(neri)us eius filius, parabola et consensu ipsius patris sui, et Çanazius et Perrus fratres filii emancipati Anselmi de | Castello, ut ibi dixerunt et confessi fuerunt, et Gairardus et Iacomolus qui dicitur Bochonus fratres filii condam Petri de Castello, omnes de Socho, quilibet eorum pro omni suo iure, domine Trifine de Advocatis abbatisse Monasterii | Feminillis de Cumis, recipienti nomine et ad partem ipsius monasterii, nominative de petia una brugere iacent(e) in territorio de Socho ubi dicitur in Luirana, cui coheret a mane suprascripti monasterii et in parte Guidonis Trefollii | de Cumis, a meridie eccl(es)ie Sancti Iohannis de Vertemate, a sero suprascripte eccl(es)ie in parte et in parte dicti monasterii, a nullora dicti monesterii ^(a), et est per mensuram pertice octo et media vel circa id; item de petia una brugere iacent(e) in | eodem territorio ubi dicitur in Frescarolla, cui coheret a mane suprascripti monasterii, a meridie heredum condam Iacobi de Cairolo, a sero et a nullora suprascripti monesterii, et est per mensuram pertice tres et media; item de petia una brugere iacent(e) | in eodem territorio ubi dicitur similiter in Frescarolla, cui est a mane et a meridie suprascripti monesterii, a sero via, a nullora suprascripti heredis condam Iacobi de Carollo, et est pertica una; item de petia una brugere iacente in eodem territorio ubi | dicitur in Bezo, cui est a mane heredum condam Boveti de Cairolo de Socho, a meridie et a sero et a nullora suprascripti monesterii, et est pertica una; salvo si alie vel aliter reperirentur coh(e)r(entie); et hec cum omnibus suis pertinenciis, accessionibus et | utilitatibus, ascuis, pascuis, comunanciis et viganalibus all(iis)que suis iuribus in integrum. Et eidem domine abbatisse recipienti nomine dicti sui monasterii predicti venditores dederunt, cesserunt et mandaverunt omnes actiones | et rationes reales et personales, utiles, directas et ypotecharias et omnia alia iura eis et cuique eorum pertinentes et pertinentia et spectantes et | spectantia in ipsis et super ipsis rebus venditis et earum racione et occaxione. Ad hec predicti venditores dederunt parabolam et licenciam suprascripte domine abbatisse dicto nomi-

ne intrandi et apprehendendi corporallem | possessionem et tenutam suprascriptarum peciarum brugiarum venditarum, et donec intraverit et apprehenderit constituerunt se nomine ipsius monesterii ipsas res venditas tenere et possidere; cui possessioni illico renunciaverunt, | abdicando a se omne ius domini et possessionis ipsarum rerum venditarum et in ipsum emptorem penitus trasferendo, eumque faciendo et constituendo verum dominum et possessorem earumdem rerum venditarum et | verum procuratorem in rem suam de predictis suis propriis ministeriis et factis. Preterea suprascripti venditores promiserunt, oblig(ando) omnia sua et cuiusque eorum bona pignori presencia et futura suprascripte domine abbatisse recipienti nomine | et ad partem dicti monasterii, defendere et guarentare ipsi monasterio, quilibet pro sua rata parte, suprascriptas res venditas ab omni persona, collegio et universitate omni t(em)p(ore) suis dampnis et expensis et sine dampnis et | expensis suprascripti monesterii, sub pena dupli infrascripti pretii et totius da(m)pnii et interesse sole(m)pniter in stipulatum deducta et promissa, et cum omnibus da(m)pnis et expensis que fierent et substinerentur pro ipsa penna pettenda | et habenda sub ypotecha et oblig(atione) pig(nori) omnium suarum rerum et bonorum. Hoc acto et pacto inter eos, quod liceat ipsi monasterio capere et detinere personaliter ubique suprascriptos venditores et in carzeribus includere pro | predictis omnibus et singulis. Et pro hac venditione et dato et cessione et pro predictis omnibus et singulis contenti et confessi fuerunt suprascripti venditores se recepisse et habuisse ab ipsa domina abbatisa solvente nomine et de denariis | propriis dicti monesterii libras sex et solidos quinque denariorum novorum precii nomine, renunciando exceptioni non numerate et non recepte pecunie, doli mali et in factum, et sine causa vel ex iniusta causa, et erroris et deceptionis, et ne aliquo | t(em)p(ore) dicere nec allegare possint se deceptos esse in hac ^(b) venditione ultra dimidiam iusti precii, vel quod eis ultra iustum precium supleatur, et rei aliene vendite scienti, et illis legibus et iuribus quibus caventur libera | corpora pro pecunia capi non posse, et beneficio cedendi bonis suis, et omnibus statutis et ordinamentis co(mun)is de Cumis factis et que fieri possent de cetero super cartis et not(is) c(omun)is de Cumis dandis creditoribus in solutum; et generaliter | omnibus aliis exceptionibus, defensionibus et beneficiis et iuribus co(mmun)ibus et specialibus quibus se tueri et defendere possent de predictis vel contra predicta venire seu facere aliqua ratione vel occasione. Actum in predicto monesterio.

Interfuerunt ibi testes et not(arii) rogati dominus Guillielmus de Fontana filius condam ser Mendrixii de Fontana de Mendrixio et ser Zanazius Scribotus filius condam ser Iacobi Scriboti de Cermenate et Fomaxius Calegarius filius condam Marchixii Caleg(arii), | et pro not(ariis) Nicolla de Novezano filius condam ser Petri Bonolzelli de Novezano et Petrolus filius condam Guasparri de Grossa de Cumis, omnes testes et notarii.

(ST) Ego suprascriptus Nicola de Novezano not(arius) C(umanus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego suprascriptus Petrolus de Grossa notarius C(umanus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Iacobus Engonus notarius Cum(anus), filius quondam Mendrixii Engoni de Mendrixio de Cumis hanc cartam vendicionis ut supra tradidi et scripsi.

(a) Così A, anche in seguito alternato con la forma *monasterii*.

(b) In A hoc.

61

Carta investiture

1284 marzo 19, <Como>, in curia Monasterii <Feminilis>

La badessa Trifina Avvocati investe nomine locacionis ad fictum Giovanni del fu Girardo Carbonus di Bovisio, abitante a Vergosa, di appezzamenti siti nel territorio di Cavallasca; ciò per un canone annuo in granaglie, denaro, pepe e per la metà del vino prodotto, da versarsi parte alle calende d'agosto, parte a s. Martino e parte al tempo della vendemmia, e per la durata di nove anni con la possibilità di rinnovare il contratto a volontà delle parti.

Originale [A]. Regesto del secolo XVIII in *Inventario* c. 19r, con data errata 1284 maggio 18.

Pergamena di mm. 543|561 x 520|560 in buone condizioni; qualche foro originario della pergamena e piccoli strappi lungo le piegature. Un taglio che interessa il margine superiore è stato cucito e rapezzato con l'aiuto di un frammento di pergamena. Tre piegature nel senso della larghezza e altrettante nel senso della lunghezza. Rigatura e marginatura.

Sul verso «Carta de Vergosa» di mano forse del secolo XIV; «Vergossia», di altra mano forse dello stesso secolo. Altre annotazioni archivistiche moderne.

Per la redazione di questo atto il notaio si avvalse di una serie di appunti scritti (per quanto sembra di capire dalla scrittura poco visibile) da lui sul verso della *memoria terrarum* del 19 giugno 1254 (n. 30): ciò perché la presente investitura concerneva, con poche variazioni, le medesime terre elencate in quella *memoria*, anche se in qualche caso nomi di persona e luogo compaiono scritti nei due atti in modi differenti. Il notaio quindi nel prepararsi una sorta di imbreviatura del nuovo atto non stette a ricopiare l'elenco di terre, ma decise di riferirsi all'atto vecchio, segnalando sul verso di esso le variazioni sopra accennate e scrivendo di seguito in forma schematica i dati relativi a protocollo ed escatocollo della nuova investitura. Vi aggiunte da ultimo un appunto riguardante una quietanza di fitti arretrati delle medesime terre, quietanza che doveva probabilmente costituire un atto a sé stante (che però non ci è pervenuto) o essere inserita come ultimo paragrafo nell'investitura presente (il che però non è stato fatto). Che il notaio si sia servito di tali appunti alla stregua di una normale imbreviatura è anche dimostrato dal fatto che essi presentano una lineatura a prova dell'estrazione del *mundum*. Si riporta questo testo, ribadendo che la scrittura è in gran parte smarrita e visibile (non per intero) solo con il ricorso alla luce di Wood: «Ultima pecia est a meridie Sancti Colombani et in parte dicti monasterii. | § Ista lista est de Vergoxia. | Item de pecia una silve iac(ente) in territorio de Vergoxia ubi dicitur ad Lagazium: a mane dicti monasterii, | a meridie heredum condam ser Actonis de Lucino, a sero dicti monasterii, a monte heredum condam ser Azonis Galeio et in parte | dicti monasterii. | Item aliam peciam unam silve cum arboribus supra iac(entem) prope sedimen dicti monasterii, ubi dicitur | in Casinalia: a mane habet heres condam Gotefredi de <segue parola illeggibile cancellata> Bontade, a meridie dicti monasterii, a sero similiter, | a monte habet condam ser Actonis de Lucino. | .MCLXXXIII. die dominico

.XVIII. mensis marzii domina Trifina de Advocatis abatissa Monasterii | Feminilis de Cumis, filia domini Guillielmi Advocati de Cumis, suo nomine et nomine dicti monasterii, investivit iure locacionis ad fictum Ioh(ann)em filium condam Girardi Carboni de Buyxio qui stat in Vergoxia | in predictum masaricium, et hoc hinc ad festum sancti Martini prox(imi), et abinde in antea ad annos | .VIII. proximos et ultra donec voluntas par[tium] nominative de omnibus suprascriptis terris et rebus territorii | preter de tribus que signate sunt supra, per [...] pro ficto vero promisit dare hinc ad kal(lendas) augusti prox(imi) somam .I. formenti | et somas duas sicalis, et ad sanctum Martinum prox(imum) quartarios .XII. panici et medium totius vini quod fuerit | in ipsis vineis et sol(idos) .XXVIII. novorum, et lib(ram) .I. piperis et capones duos *(et - duos nel- l'interlineo)*, et hec omnia bona ad mensuram C(umanam), consignata C(umis) in predicto | monasterio. Sub pot(estate) etcetera, renont(iando) etcetera. | Testes Ambroxius filius condam Iohannis Rechi de C(umis) et Castelolus filius Alberti de Lantate | qui stat Cumis pistor et Mafeus filius condam Grenzii de Morbegno qui stat Camenago plebis Ogate | et Franciscus filius condam Varixii de Mercate qui stat in predicto monasterio. | Ibidem dicta domina fuit confessa pro se et dicti (?) se esse soluta de omnibus fictis preteritis ipsius | a sancto Martino retro [...] .MCLXXXII. de ficto predictarum terrarum .X. annorum preteritorum.»

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem millesimo ducentesimo octuagesimo quarto, die dominico decimo nono mensis marzii. Domina Trifina de Advocatis filia condam domini Guillielmi Advocati de Cumis, | Dei gracia abatissa Monasterii Feminilis de Cumis, pro se et nomine capituli et conventus dicti Monasterii Feminilis de Cumis investivit nomine locacionis ad fictum hinc ad festum sancti Martini proximi | et deinde in antea ad annos novem proximos futuros et donec fuerit voluntas partium Ioh(ann)em filium condam Girardi Carboni de Buyxio qui stat in Vergoxia in masaricio predicti monasterii, nominative | de pecia una campi iacente in territorio de Cavalasca ubi dicitur ad Lazaronum, cui coheret a mane heredum condam ser Azonis Galie de Cumis, a meridie bruga ipsius monasterii, a sero heredum condam ser Iacobi Zachere, | a monte ser Facii de Cantono, et est pertice tres et media. Item de petia una campi cum terra guasta in capite iacente ubi dicitur ad Scanabecum, et est illa terra guasta tabulle tres et pes unus via mediante, | cum arboribus castanearum supra, cui coheret a mane heredum condam Finiberti de Pontegano, a meridie heredum condam Gotefredi de Bontate et heredum Petrazi Guitti, a sero eccl(esi)e Sancti Columbani de Cumis, a monte heredum condam | Lafranci de Lovo de Vico, et est tabulle viginti septem et pedes tres. Item de pecia una terre campive et silvate et in parte brugive et zerbive simul se tenente, et iacet ubi dicitur ad Campum | Lazaronum sive Silva Lazaronum sive ad Campum de Sedimine, cum arboribus supra; et solebat esse scripta in duabus partibus, et est pertice decem novem et tabulle novem et media: a mane heredum condam | Lanterii de Interlignis, a meridie clausum heredum condam ser Attonis de Lucino et in parte heredum condam suprascripti ser Lanterii et in parte fondum vallis de la Fontana, a sero via et in parte heredum condam ser | Iacobi Zachere et in parte ipsius monasterii, a monte suprascripti monasterii via mediante. Item de pecia una brugere cum arboribus supra ibi prope (con)tinua(m) cum predicta pecia, cui coheret a mane predicti | monasterii, a meridie heredum condam suprascripti Lanterii, a sero heredum Lafranci Zachere, a monte heredum condam Iacobi Zachere, et est pertica una et tabulle decem. Item sedimen unum cum vinea et buschis | simul se tenente cum ipso sedimine et

cum arboribus supra, et <est> pertice .XV. et tabulle novem et media vinea cum ipso sedimine, et est pertice tres et tabulla una buschus: a mane heredum condam Iacobi Zachere | et in parte heredum condam suprascripti Lanterii de Interlignis, a meridie fondum vallis, et ultra vallem heredum condam Gotefredi de Bontate et in parte suprascripti monasterii, a sero suprascripti monasterii et in parte eccl(esi)e Sancti | Colu(m)bani de Cumis et in parte heredum condam suprascripti Iacobi Zachere. Item de pecia una terre prative et campive simul se tenente iacente ubi dicitur ad Ysellum: a mane suprascripti monasterii, a meridie buschus suprascripti | monasterii usque in fondum vallis, a monte heredum condam suprascripti Iacobi Zachere, et est pertice decem et tabulle decemseptem inter pratum et campum; de quo est pratum pertice quatuor et campum ^(a) | pertice sex et tabulle decemseptem; de quo dictus monasterius ^(b) h(abe)nt tabullas sedecim ab Arnolde Guitto pro scontro unius buschi ei dati ad Ysellum. Item cum ea uno tenore de pecia una buschi | que est ^(c) tabulle sedecim et media, cui coheret a mane et a monte suprascripti monasterii, a meridie riale sive fondum vallis, et ultra vallem heredum condam Gotefredi de Bontate, a sero dictorum heredum et heredum | condam Petracci Guitti. Item de alia pecia buschi iacente ibi prope a sero partis dicte pecie buschi, cui coheret a mane suprascripti monasterii, a meridie heredum suprascripti Gotefredi, a sero fondum Vallis Grande, a monte | heredum condam suprascripti Iacobi Zachere, et est pertica una et media. Item de campo uno cum firanico uno de vitibus supra, et est pertice quatuor et tabulle tredecim, cui coheret a mane et a meridie suprascripte | eccl(esi)e Sancti Columbani, a sero buschu(m) suprascripti monasterii, a monte vinea suprascripti monasterii, et est tabulle quatuor et media ^(d). Item de pecia una buschi simul tenente cum predicta, et est tabule quatuor et media: | a mane Sancti Columbani, a meridie fondum Vallis Grande, a sero eccl(esi)e Sancti Columbani, a monte vinea suprascripti monasterii. Item de campo uno et vinea simul se tenente, et dicitur in Ca(m)po Piano: a mane suprascripti monasterii | et in parte Sancti Colu(m)bani, a meridie suprascripti monasterii usque in fondum Vallis Grande, a sero Sancti Colu(m)bani, et est pertice octo et tabulle * * * * * et pedes quatuor. Item de campo uno ubi dicitur ad Campum | Marcidum, et est pertice quatuor et tabulle due, cui coheret a mane eccl(esi)e Sancti Columbani, a meridie pratum suprascripti monasterii, a sero heredum condam Iacobi Zachere, a monte suprascripte eccl(esi)e Sancti Columbani. Item | de prato uno (con)tinuo cum ipso Campo Plano ^(e) cui coheret a mane suprascripti monasterii, a meridie eccl(esi)e Sancti Colu(m)bani, a sero et a monte Iacobi Zachere sive heredum eius, et est pertice tres et tabulle tredecim. Item | de pecia una buschi (con)tinua cum predicto prato, et iacet ubi dicitur ad Dossum Guiete, et est pertice tres et tabulle sex: a mane ec(cles)ie Sancti Columbani, a meridie rialis Vallis Grande, a sero heredum condam Iacobi | Zachere. Item de pecia una buschi iacente in Valle de Monacha sive de Barcholi: a mane illorum de la Pobia, a meridie et a sero riale, a monte illorum de la Pobia, et est pertice due et tabulle quatuordecim. | Item de campo uno cum aliquantulo buscho et cum alio ca(m)po subtus ipsum

buschum iacente ubi dicitur ad Prevedesam: a mane eccl(esi)e Sancti Columbani, a meridie suprascripti monasterii et in parte suprascripte eccl(esi)e Sancti Colu(m)bani, | a sero silva suprascripti monasterii, et est pertice quatuor et tabulle viginti due et pedes tres; intus quam est ^(f) pertica una buschi. Item de pecia una campi cum aliquantulo busco et cum quodam alio campello | subtus ibi prope: a mane heredum condam Lanterii de Interlignis, a meridie et a sero suprascripte eccl(esi)e Sancti Colu(m)bani, a monte illorum de Interlignis, et est pertica una et tabulle tres; intus quam sunt tabulle septem buschi. | Item de pecia una silve cum arboribus supra, et est pertice decem et ^(g) pedes octo iacente ubi dicitur post domos capitaneorum de Lucino: a mane et a meridie via et ultra h(e)r(edum) condam ser Attonis de Lucino, | a sero heredum condam ser Iacobi Zachere, a monte eccl(esi)e Sancti Colu(m)bani. Item de pecia una silve cum arboribus supra ubi dicitur ad Crucem, et est pertice tres et media: a mane eccl(esi)e Sancti Columbani et in parte | suprascripti monasterii, a meridie et a sero heredum condam ser Iacobi Zachere, a monte via. Item de pecia una silve iacente in territorio de Vergossia ubi dicitur ad Lazaronum: a mane dicti monasterii, a meridie heredum condam | ser Attonis de Lucino, a sero dicti monasterii, a monte heredum condam ser Azonis Galei et in parte dicti monasterii. Item de pecia una silve cum arboribus supra iacente prope sedimen dicti monasterii iacente | ubi dicitur in Casinalia: a mane heredum condam Gotefredi de Bontate, a meridie et a sero dicti monasterii, a monte heredum condam dicti ser Attonis. Salvo si alie vel aliter reperhrentur coher(entie). Et hoc cum omnibus suis | pertinentiis et accessionibus et aliis iuribus universis predictis terris spectantibus et pertinentibus, ita ut amodo hinc ad predictum terminum predictus Ioh(ann)es habeat, teneat et laborat ^(h) predictas terras et res | teritorias, et exinde faciat quidquid voluerit ut ⁽ⁱ⁾ de rebus locatis facere licet, meliorando et non peiorando, sine contradictione predicte domine abatisse et predicti monasterii et cuiuslibet alterius persone | et universitatis. Pro ficto vero quarum terrarum et rerum teritoriarum predictus Ioh(ann)es promisit, oblig(ando) omnia sua bona pig(nori) presencia et futura predicte domine abatisse recipienti pro se et nomine et ad partem predicti | monasterii et conventus, dare et solvere et consignare eis in predicto monasterio quolibet anno per infrascriptos terminos ^(k) infrascriptas quantitates, videlicet in kallendis augusti somam unam formenti et | somas duas sicallis, et in festo sancti Martini quartarios duodecim panici et soldos viginti novem denariorum novorum et libram unam piperis et caponos duos, et t(em)p(ore) vendemiarum quolibet anno medietatem tocius | vini q(uod) fiet et nasceretur super predictis terris; et hec omnia bona et sicca et monda sine fraude, consignata Cumas in predicto monasterio. Et hoc cum omnibus expensis, dampnis et interesse que | fiet et curent et pacientur pro predictis omnibus et singulis petendis, exigendis et habendis quolibet termino preterito; et hoc in bona blava et sicca et monda, et in bonis denariis, et in bonis caponibus, | et in bono pipere, et in bono vino tantum, et non in cartis nec nottis co(mun)is de Cumis nec alterius co(mun)is. Eo pacto inter eos quod pro predictis omnibus et singulis liceat et licitum sit predicte domine abatisse

| pro se et nomine dicti monasterii et capituli ubique post quemlibet terminum capere et captum personaliter detinere predictum Ioh(ann)em et in carzeribus includere, renonciando omnibus legibus, statutis et consuetudinibus | factis et facturis super hominibus non capiendis et bonis cedendis, et super cartis et nottis co(mun)is de Cumis vel aliis rebus dandis creditoribus in solutum, et excepcioni non debendarum rerum de ficto, et | generaliter omni alteri iuri legum statutorum auxilio unde se tueri posset a predictis aliquo iure co(mmun)i vel speciali.

Actum in curia predicti monasterii. Unde plures.

Interfuerunt ibi testes rogati Ambroxius filius condam Ioh(ann)is Rechi mulinar(ius) Cum(anus) et Castelinus filius Alberti qui dicitur de Lantate pistor Cum(a-nus) et Mafeus filius condam Grenzii de Morbegnio qui | stat Camenago plebis de Ogate et Franciscus filius condam Varixii de Marcate de Varixio qui stat in predicto monasterio, et pro not(ari)o Zanolus filius Constancii de Castenedo de Domaxio de Cumis.

(ST) Ego suprascriptus Zanolus notarius Cum(anus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Fomaxius Sugius notarius Cumanus filius Ottonis Sugii de Curg(nola) hanc cartam tradidi et ad scribendum dedi et subscripsi.

(ST) Ego Formentinus Mantega notarius Cum(anus) filius condam Ioh(ann)is Mantega de Fenegroe de Cumis hanc cartam rogatu suprascripti Fomaxii Sugii notarii Cum(ani) scripsi.

- (a) Così A. (b) Così A. (c) et in A. (d) Così A: lo scrivente ha forse dimenticato di scrivere una pecia: lo si può ricavare anche dal confronto con la consignatio del 1254, con la quale questo atto è da mettere in relazione.
(e) Plano su rasura. (f) Segue in A una lettera, pare s non cancellata. (g) Segue tabulle depennato.
(h) Così A. (i) In A et, per evidente errore. (k) Segue lettera, forse p, depennata.

Carta vendicionis

1292 agosto 14, <Como>, in Monasterio <Feminini >

Adamo del fu Bovo de Cayrolo di Socco vende al Monastero Femminile di Como nella persona della badessa Trifina Avvocati alcune terre site nel territorio di Socco, in località Arzimole, Vigale, Frascarola e Bezo, per la somma di quattordici lire di denari nuovi.

Originale [A]. Regesto del secolo XVIII in *Inventario*, c. 6r.

Pergamena di mm. 559|540 x 732|745, contenente anche l'atto successivo, con roscature lungo tutto il margine destro, qualche macchia e strappi ricuciti al momento dell'utilizzo. Quattro piegature nel senso della larghezza, una nel senso della lunghezza. Rigatura e marginatura.

Sul verso, in scrittura forse del secolo XIV: «Socho». Altre annotazioni archivistiche moderne.

Il notaio usa forme diverse per la medesima parola, specie in presenza di doppie consonanti.

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem milleximo ducentesimo nonagessimo s(e)c(un)do, die iovis quartodecimo mensis augusti, indictione quinta. Vendicionem et datum et cessionem et tocius | sui iuris, domini et possessionis transacionem ad proprium fecit Addam filius condam Bovi de Cayrolo de Socho in manu domine Triffine de Advocatis, abbatisse Monasterii Feminini de Cumis, recipientis | suo nomine proprio et nomine conventus et capituli ^(a) dicti monasterii, nominative de infra-scriptis peciis terrarum. In primis de pecia una terre vineate iacente in territorio de Socho ubi dicitur in Arzimole, cui coheret a mane, | a meridie et a sero dicti monasterii et a nulora Boroti fratris dicti Adde, et est per mensuram * * * ^(b). Item de medietate unius pecie terre iacente ubi dicitur in Vigale, cum arboribus supra, | cui coheret a mane et a sero et a nulora dicti monasterii et a meridie dicti Boroti fratris dicti Adde. Item de pecia una terre campive iacente in dicto loco de Socho ubi dicitur in Frascarola, cui coheret a mane, a sero | et a nulora dicti monasterii, a meridie dicti Boroti fratris dicti Adde. Item de medietate pro indiviso unius pecie terre brugere iacente in dicto territorio de Socho ubi dicitur in Bezo, cui coheret a meridie dicti Boroti | fratris dicti Adde et ab aliis partibus dicti monasterii. Salvo si alie vel aliter reperirentur coher(encie) semper in hoc contractu vendicionis intelignantur esse apoxite. Et generaliter de omnibus terris et rebus territo[riis] | et aliis rebus et iuribus spectantibus et pertinentibus vel que dari possent, spectare et pertinere eidem Adde in loco et territorio et pertinentiis de Socho. Et hoc cum omnibus suis iuribus et pertinen[ciis], | et accessiis, iuris servitudinibus, stelicidiis et aqueductis et aliis suis racionibus universis spectantibus et pertinentibus et que spectare et pertinere posset ^(c) eidem rebus venditis et cuique ipsarum. | Et eidem domine abbatisse suo et dicto nomine recipienti dictus Addam dedit, cessit et mandavit omnes actiones, raciones et excepciones et defensiones, retenciones, replicaciones, | privilegia et prerogativas et quelibet alia iura spectantes et spectancia et pertinentes et pertinencia eidem Adde in predictis rebus venditis et quelibet ^(d) earum. Ita ut de cetero dicta domina abbatissa | suo et dicto nomine recipienti sit et succedat in universum locum et ius et statum universum predicti Adde, et utatur et experiatur et uti et experiri et exercere possit omnibus accionibus, | racionibus, excepcionibus, defensionibus, retencionibus, replicacionibus, privilegiis et prerogativis et quibuslibet aliis iuribus quibus predictus Addam uti poterat et posset et potuisset ante hunc vendic[ionis] | contractum. Ad hoc predictus dedit et concessit plenam parabolam et licenciam eidem domine abbatisse suo et dicto nomine recipienti intrandi et apprehendendi corporalem possessionem et tenutam | seu quaxi omnium predictarum rerum venditarum et cuiusque ipsarum sua actoritate propria et sine actoritate alicuius iudicis vel maystratus, et sine penna vel vinculo banni com[unis] | de Cumis vel alicuius co(mun)is; constituens se predictus Addam tenere et possidere et quaxi nomine predictae domine abbatisse et dicti monasterii et capituli et conventus quousque | poss(essi)onem apprehendent corporalem seu quaxi. Promitens ipse Addam eidem domine abbatisse suo et dicto nomine recipienti predicta omnia et singula omni t(em)p(o)re defendere | et guarentare ab omni persona, co(mun)i, colegio et universitate suis propriis dampnis

et expensis et sine dampno et expen(sa) predicte domine abbatisse nomine predicti capituli, in | penna et sub penna dupli infrascripti precii et tocuis dampni et interesse sollempniter in stipulatum deducta si predicte res vendite evincerentur in toto vel in parte et p[ro] | ea parte pro qua evinceretur, et in pecunia numerata; renoncians omnibus statutis, consiliis et ordinamentis et provixionibus co(mun)is de Cumis factis vel facturis super cartis et | notis et nominibus debitorum co(mun)is de Cumis vel aliis rebus dandis creditoribus in solutum; renonciano auxilio novarum constitucionum et epistole divi Adriani et omni alteri | iuri. Ita et eo acto et pacto inter ipsos quod liceat et licitum sit eidem domine abbatisse suo nomine et nomine dicti capituli ubique capere et in carzeribus personaliter includi et | detineri predictum Addam et eius bona et res capere et contestare et depredare usque ad satisfacionem omnium predictorum et singulorum sua actoritate propria, et sine actoritate | alicuius iudicis vel maystratus, et sine penna vel vinculo banni. Pro qua quidem vendicione et dato et cessione et pro predictis omnibus et singulis contentus et confessus | fuit predictus Addam se recepisse et habuisse pro precio et nomine precii dicte vendicionis a predicta domina abbatisa, suo nomine et nomine dicti capituli et conventus solvente, | libras quatuordecim novorum, in bonis denariis numeratis tantum et non in cartis nec notis debiti co(mun)is de Cumis; renoncians predictus Addam excepcioni non date et non recepte | pecunie et non dati et non recepti precii, et spei future numeracionis, et excepcioni doli mali et in factum et eroris et decepcionis, et ficticii et simulati contractus; et ne | aliquo t(em)p(ore) dicere possit vel alegare se deceptum fore ultra dimidium ^(e) iusti precii, vel quod ei iustum precium ^(f) supleatur, et qualibet alia occaxione et excepcione remota et | renonciana. Quia sic inter eos convenit. Unde plures. Actum in dicto monasterio.

Interfuerunt ibi testes rogati et vocati Iacomacius de Socho filius condam Petri de Cayrolo de Socho et Tadiolus filius condam Guarnerii de Castello de Socho et | Ardizinus filius condam Arnoldi Pistoris de Cernobio de Cumis et Anselmus filius condam Guidoti de Bisarono, et pro not(ariis) Bonifacius de Castello notarius Cum(anus) filius | condam domini Petri de Castello de Menaxio et Firiolus de Castello notarius Cum(anus) filius ser Baldezari de Castello de Menaxio, de Cumis omnes.

(ST) Ego suprascriptus Bonifacius de Castello notarius Cum(anus) interfui et subscripsi.

(ST) Ego Guasparolus dictus Muscha de Castello notarius Cum(anus) filius domini Bonifacii de Castello de Menaxio hanc cartam tradidi et scripsi.

(a) capti in A con segno abbreviativo, anche in seguito.

(c) Così A.

(d) Così A.

(e) -u- corretto su a.

(b) Spazio lasciato libero per circa venticinque lettere.

(f) Seguono due lettere irricognoscibili depennate.

f i c t u m Adamo del fu Bovo de Cayrolo di Socco degli appezzamenti di cui all'atto precedente, per un periodo di ventinove anni, termine rinnovabile a volontà delle parti, e per un canone in cereali da versarsi nel giorno di s. Martino.

Originale [A] sulla stessa pergamena dell'atto precedente. Regesto del secolo XVIII in *Inventario*, c. 6r.

In nomine Domini. Anno a nativitate Eiusdem milleximo ducentesimo nonagesimo se(con)do, die iovis quartodecimo mensis augusti, indicione quinta. Domina Triffina de Advocatis, abbatissa Monasterii | Feminini de Cumis, suo nomine et nomine capituli ^(a) dicti monasterii investivit iure et nomine loccacionis ad fictum faciendum, meliorando tamen et non peiorando, Addam filium | condam Bovi de Cayrolo de Socho, nominative de infrascriptis terris et rebus territoriis iacent(ibus) in loco et territorio de Socho. In primis de pecia una terre vineate iacente in dicto territo|rio de Socho ubi dicitur in Arzimole, cui coheret a mane, a meridie et a sero dicti monasterii et a nulora Boroti fratris dicti Adde. Item de medietate unius pecie terre iacente ubi dicitur in Vigale, | cum arboribus supra, cui coheret a mane, a sero et a nulora dicti monasterii, a meridie dicti Boroti fratris dicti Adde. Item de pecia una terre campive iacente in dicto loco de Socho ubi dicitur in Frasca|rola, cui coheret a mane, a sero et a nulora dicti monasterii et a meridie dicti Boroti fratris dicti Adde. Item de medietate pro indiviso unius pecie terre brugere iacente in dicto territorio de Socho ubi dicitur in Bezo, cui coheret | a meridie dicti Boroti fratris dicti Adde et ab aliis partibus dicti monasterii. Item generaliter de omnis ascolis, pascolis et viganalibus et co(mmun)ibus eisdem terris pertinentibus, et cum omnibus iuribus et accessionibus; ita quod a modo | in antea dictus Addam et eius heres habeat, teneat et possideat predictas terras et res territorias cum omnibus suis iuribus et accessionibus hinc ad sanctum Martinum proximum et ad annos vigintinovem | proximos, et de inde in antea donec eas tenebit de voluntate partium. Et de ipsis terris et rebus territoriis faciat exinde usque ad predictum terminum quicquid de rebus locatis seu ad fictum | receptis facere licet absque contradictione predicte domine abbatisse et capituli dicti monasterii. Quas quidem terras cum suis universis iuribus et accessionibus predicta domina abbatissa nomine dicti capituli promisit, | oblig(ando) omnia bona dicti monasterii pig(nori) presencia et futura suprascripto Adde, ei defendere et guarentare omni t(em)p(o)re ab omni persona, co(mun)i, colegio et universitate usque ad predictum terminum, suis et dicti monasterii omnibus dampnis | et dispendiis et sine dampno et dispendio predicti Adde nec eius heredum. Pro ficto quarum terrarum et rerum territoriarum predictus Addam promisit et convenit, obligando omnia sua bona | pig(nori) presencia et futura suprascripte domine abbatisse, ei et dicto nomine dare, solvere et consignare in dicto monasterio ad voluntatem predicte domine abbatisse hinc ad sanctum Martinum proximum venientem quarta|rios duos milii, et de inde in antea omni anno in sancto Martino quartarios tres sicallis et quartarios duos milii, in bona blava monda et sica ad mensuram Cum(anam) et

non in | cartis nec notis neque nominibus debitorum co(mun)is de Cumis nec alterius co(mun)is, et cum omnibus dampnis, dispendiis et interesse que fient et curent pro predicta blava de ficto petenda et | exigenda et abenda ^(b) quolibet anno post terminum. Ita et eo acto et facto inter eos quod pro solucione dicti ficti quolibet anno post terminum predictus Addam posit personaliter capi et | detineri et in carzeribus includi et teneri usque ad solucionem predicti ficti; renonciando in predictis omnibus statutis, consiliis et ordinamentis factis vel faciendis super cartis | et notis et nominibus debitorum co(mun)is de Cumis dandis per debitores creditoribus in solutum; et omnibus legibus, iuribus vel statutis quibus cavetur vel tantum reperiretur | liberum hominem capi et detineri non posse pro debito pecuniario, et beneficio cedendi bonis suis. Quia sic inter eos convenit. Unde plures. Actum in dicto monasterio.

Interfuerunt ibi testes rogati et vocati Iacomazius de Socho filius condam Petri de Cayrolo de Socho et Tadiolus filius condam Guarnerii de Castello de Socho | et Ardizinus filius condam Arnoldi Pistoris de Cernobio de Cumis et Anselmus filius condam Guidoti de Bisarono, de Cumis omnes.

(ST) Ego Guasparolus dictus Muscha de Castello notarius Cum(anus) filius ser Bonifacii de Castello de Menaxio hanc car(tam) tradidi et scripsi.

(a) capti in A, come nell'atto precedente.

(b) Così A.

APPENDICE

circa 1230

Elenco di terre di Pietro de Cavalerio situate nel territorio di Laglio.

Striscia di pergamena di mm. 98|50 x 425|430 fortemente sagomata nel margine inferiore dove fori e avanzi di filo indicano che la striscia venne cucita alla pergamena recante l'atto n. 19 (del 4 giugno 1230) con il quale il presente testo è in stretta relazione.

La mano compilatrice di questo elenco non è comunque quella del notaio Carnevarino Lavizari, scrittore dell'atto n. 19; potrebbe essere semmai quella del rogatario dello stesso, Ambrogio *Bocha*, quantunque troppo limitate siano a questo proposito le indicazioni fornite dalla sola scrittura.

In nomine Domini. Hec sunt terre Petri de Cavalerio de Lalio | iacentes in territorio de Lalio.

In primis petia(m) .I. terre que iacet ubi dicitur ad Sorortum, cui est | a mane terra quam tenet Rubeus de Ponte, a meridie Sclavi de Cavalerio, a sero et a nullora Petri de Avostana de Cavalerio de Lalio | qui stat Turno ^(a) in parte, et in parte Qualium.

Item petia(m) .I. terre ubi dicitur ad Ortexellum, cui est a mane terra quam tenet | suprascriptus Rubeus de Ponte, a meridie terra quam tenet s(uprascript)us de Pon-

te, a sero terra | quam tenet Petrus filius quondam ^(b) Vitalis de Cavalerio de Lallo, a nullora | Bonati de Vaca de Lallo in parte, et in parte eccl(es)ie Sancti Ieorgii de Lallo.

Item pecia(m) .I. terre ad Ortexellum, cui est a mane Guilliemi de Ticherio de | Lallo, a meridie et a sero via, a nullora Zanoni de Potenacio de Lallo.

Item pecia(m) .I. terre ubi dicitur ad Moscantinum, cui est a mane heredum | quondam Andree de Ponte de Lallo, a meridie heredum quondam Frumenti Pape, | a sero heredum quondam Laurencii de Lallo de C(umis), a nullora eccl(es)ie Sancti | Fidelis de Intellevo.

Item pecia(m) .I. terre ubi dicitur ad Lengaçium, cui est a mane G(ri)gorii de | la Redonca de Lallo in parte et in parte Girardini de Potenacio de Lallo, | a meridie et a sero ^(c) Dominici de Ticherio de Lallo, a nullora Carnevarii de Cavalerio ^(d) de Lallo | qui stat Muline in parte et in parte Rubei de Ponte dictus et in parte Dardani | de Cavalerio de Arzenio.

Item pecia(m) .I. terre ubi dicitur ad Pontem, cui est a mane heredum quondam Petri | de Vita de Premadese de Lallo, a meridie Pedrantis de Curte de Lallo qui stat C(umis) in parte | et in parte heredum quondam suprascripti Petri de Vita, a sero heredum quondam suprascripti Laurencii, | a nullora eccl(es)ie Sancti Carpofoi.

Item pecia(m) .I. terre ubi dicitur ad Rodum, cui est a mane Viviani de | Ticherio et fratrum, a meridie heredum quondam Ioh(ann)is de Ponte de Lallo qui stant | ad Palançum in parte et in parte Zanoni de Curte de Olzavino de Lallo, a sero | heredum quondam Petri de Beleço de Lallo qui stat C(umis), a nullora Guilliemi de | Ponte de Lallo.

Item pecia(m) .I. terre ubi dicitur ad Scoldasolem: | a mane venditoris in parte et in parte Petri | de Potenacio, a meridie et a sero ^(e) Guilliemi de Ticherio | de Lallo, a nullora suprascripti venditoris | in parte et in parte suprascripti Guilliemi de Ticherio de Lallo.

(a) *Segue* et in parte *depenato*. (b) *Segue* de *depenato*. (c) et a sero *nell'interlineo*. (d) Cavalerio *con*
-l- *espunta*. (e) et a sero *nell'interlineo*.

A Laura Biondi si deve l'edizione dei documenti n. 39, 40, 44, 45, 51-53, 57, 60; a Liliana Martinelli Perelli dei documenti n. 43, 61-63, App.; a Roberto Perelli Cippo dei documenti n. 41, 42, 46-50, 54-56, 58, 59.

ABBREVIAZIONI BIBLIOGRAFICHE

Atti privati =

Gli Atti privati milanesi e comaschi del sec. XI, a c. di G. Vittani, C. Manaresi, C. Santoro, 4 voll., Milano, 1933-65.

BASERGA, *Monumenti* =

G. BASERGA, *Monumenti artistici nell'antico convento di S. Margherita in Como*, in «Rivista archeologica comense», 88-89 (1925), pp. 11-120.

BRENTANI, *Codice diplomatico ticinese* =

L. BRENTANI, *Codice diplomatico ticinese. Documenti e regesti*, 5 voll., Como e Lugano, 1929-56.

CAGLIARI POLI, *Il monastero* =

G. CAGLIARI POLI, *Il monastero di S. Margherita di Como*, in *Il Trecento a Como. Gli affreschi di S. Margherita di Como*, Como, 1989, pp. 58-68.

CAMPICHE, *Comunalverfassung* =

C. CAMPICHE, *Die Comunalverfassung von Como im 12. und 13. Jahrhundert*, Zürich, 1929.

«Gött. Nachr.» =

P.F. KEHR, *Nachträge zu den Papsturkunden Italiens. VII*, in «Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse», 1912, pp. 414-80.

Helvetia Sacra, I, 6 =

Helvetia Sacra, sez. I, vol. 6: *La diocesi di Como. L'arcidiocesi di Gorizia. L'amministrazione apostolica ticinese, poi diocesi di Lugano. L'arcidiocesi di Milano*, Basilea-Francoforte sul Meno, 1989.

HIDBER, *Diplomata Helvetica varia* =

Diplomatica Helvetica varia. Vermischte Schweizerische Urkunden als Beilage zum Schweizerischen Urkundenregister, herausgegeben von B. Hidber, Bern, 1873.

HIDBER, *Schweizerische Urkundenregister* =

B. HIDBER, *Schweizerische Urkundenregister*, 2 voll, Bern, 1863-77.

KEHR, *Papsturkunden in Italien* =

P.F. KEHR, *Papsturkunden in Italien. Reiseberichte zur Italia Pontificia, V*, (1905-1962), Città del Vaticano, 1977.

MASCETTI, *Villa Guardia* =

M. MASCETTI, *Villa Guardia. La nostra storia nella Storia*, Comune di Villa Guardia, 1990.

PERELLI CIPPO, *La diocesi* =

R. PERELLI CIPPO, *La diocesi di Como e la decima del 1295-98*, in «Studi di storia medioevale e di diplomatica» 1 (1976), pp. 91-261.

C. RATTI, *Aspetti e problemi* =

C. RATTI, *Aspetti e problemi dell'ambiente e società di Como, del Lario e della Valtellina, negli Atti privati milanesi e comaschi del secolo XI (1000-1075)*, Como, 1977.

I registri, a c. di R. Perelli Cippo =

I registri del monastero di S. Abbondio in Como. Secolo XIII, a c. di R. Perelli Cippo, Como, 1984.

SCHAEFER, *Il Sottoceneri* =

P. SCHAEFER, *Il Sottoceneri nel Medioevo. Contributo alla storia del Medioevo italiano*, Lugano, 1954 (ed. orig. Aarau, 1931).

Storia religiosa della Lombardia. Diocesi di Como =

Storia religiosa della Lombardia. Diocesi di Como, a c. di A. Caprioli, A. Rimoldi, L. Vaccaro, Brescia-Varese, 1986.

TATTI, *Annali sacri* =

P.L. TATTI, *Degli Annali sacri della città di Como*, 4 voll., Como e Milano, 1663-1735.